

Castra sibi subigunt<sup>a</sup>, terra<sup>opul</sup> preliantur, adurunt<sup>um ob</sup> (ptankus) mon  
 Rura, fugant hostes, omnia clade terunt.  
 Interea castrum quod Mons ibi dicitur Altus,<sup>b</sup> hospitales emulsion  
 Munitum populo dispositumque loci,<sup>c</sup> et of ensis, ex quo ab  
 Obsidet instanter Florentia clara, facitque<sup>d</sup> (Festuca)  
 Siue subire iugo, sive subire siti.<sup>e</sup> Hostes enim in se  
 Audaces igitur latebras exire senenses<sup>f</sup> anq[ue] maledicta tunc sa ob  
 Florentinorum sunt prope castra siti.<sup>g</sup> His ha iustitiaq[ue] astrob  
 His dabat auxilium pre cunctis urbevetanus,<sup>h</sup> q[ue] eratq[ue] orixim mangi  
 Luca carens luce Pistorique lues.<sup>i</sup>  
 Innumeri populi, comites, proceresque potentes;<sup>j</sup>  
 His aderat equitum milia lecta tria.  
 Ecce die medio castris egressa inventus,  
 In florentinos impetuosa ruit.  
 Arma viri capiunt, subito Mars intonat arma,  
 Hinc Bellona ferox surgit amica necis.  
 Florentinorum colles, montesque coruscant,  
 Agminibus tot sunt, quod tremat omne solum.  
 Invadunt hostes, properantur more leonum,  
 Tela cruore madent fulmineusque mucro.  
 Nec mora: continuo perimunt fugantque rebelles,  
 Horrificusque timor cogit inire fugam.  
 Et nisi nox properans, nisi Valcortese fuisse, dico restiverat ut illi  
 A florentinis urbs capienda fuit.  
 Percussis igitur multis et clade peremptis,  
 Sunt ex nobilibus sub iug<sup>o</sup> mille dati.  
 Diripiunt etiam temptoria cuncta relicta;  
 Turbaque captivis, rebus onusta reddit;  
 Arma, crucem, currum, referensque senensis signa.  
 Et decus aeternum promeruere sibi.  
 Protinus ad castrum redeunt et funditus illud,  
 Et capiunt ibi quot remorantur ibi.  
 Perpetuo timeant ergo doleantque senenses,  
 Et totiens victi colla subacta gerant.  
 At decus Italie Florentia florida gaude,  
 Mitibus indulge, colla superba doma.  
 Anno vero sequenti, licet quidam dicent opus non esse super senenses iterum  
 militare, cum incumberent pignori, et quidam dicent arborem ex parte iam incisam,  
 ne fructus inde oriretur ex ea, esse penitus extirpandam; hoc tamen maiori parte  
 volente, assumpto victorioso carrocio, denuo intraverunt senensem potentissime comi-  
 tatum, et intrantes regionem Ascialingam, obsiderunt castrum quod dicitur Monasterium (1), quod integrum reliquerunt, cum in eodem stantes se more non defenserent

(1) Il Monastero di S. Salvadore della Berardenga.